

Off. sg. 4.

3

Q. B. E. F. F. Q. I. E. D. 50 LXIX. 50
PRAEMISSA AD HOS. II SEGM. XXI.
VERBI פְּרַז EXPPLICATIONE

XII

OMNES MVSARVM PATRONOS, FAVTORES
AMICOS

AD

ORATIONEM

DE CAVSIS, CVR ANIMI DOTES STUDIO AT
QUE INDVSTRIA SINT EXCOLENDAE

A

CAROL. THEOD. CHRISTI. HANFFIO

NOSTRATE

IVVENE THEOLOGIAE STVDIOSO FELICISSIMI INGENII,
ATQVE OPTIMS. ANIMI DOTIBVS, DOCTRINA, DEO IVVANTE
MAGIS MAGISQVE EXPOLIENDIS, ORNATO

DOMINICA IVDICA M DCC LXXX

HABENDAM

QVA DECET OBSERVANTIA

INVITANT

DIRECTOR

ET

RELIQVI PROFESSORES

U.

COBVRGI, FORMIS AHLIANIS

XC *ſt XXI. Gen. 15, 5 et Gal. 3, 6. 18-21. explicatur.*

Hieronymus, qui scriperat, „Mediator autem vnius non est,“ mox addit: „Manum Mediatoris, posse tentiam et virtutem eius debemus accipere, qui cum secundum Deum vnum sit ipse cum Patre, secundum Mediatoris officium alius ab eo intelligitur. Quia vero lectionis ordo confusus est, et hyperbato perturbatur, sic nobis reddendus videtur: Lex posita est per angelos in manu Mediaoris, propter transgressiones ordinata per angelos, donec veniret semen, cui reprobatum erat. Semen autem haud dubium, quin Christum significet, qui ex Matthei quoque principio comparatur, esse Filius Abraham, scriptura referente: Liber generationis Iesu Christi, Filii Dauid, Filii Abraham.“ Illud mirabile videtur, Lectionem hanc Hieronymi mendosam, „Mediator autem non est vnius,“ in Arabica etiam atque Aethiopica reperiri interpretatione. In Latina enim Aethiopici exempli translatione, quam in Polyglottis Anglicanis habemus, *vnius* perperam est positum, Aethiops certe in reliquis etiam a veritate aberrat. Conuertit enim: *Interuentor autem non est vnius, Deus tamen vnius est duorum.* In altera vero explicacione eiusdem epistolae, ad Heliodorum Sanctum, cum reliquis scriptis Paulinis, missa, idem Hieronymus Tom. IX. Opp. p. 284 posuit: „Mediator autem vnius non est,“ addita explicatione: „Id est vnius partis.“ Porro scripsit: „Deus autem vnius est,“ adiectis verbis: „Hoc ideo addit, ne quis putaret Christum ab unitate divinae naturae penitus esse diuisum, quia Mediatoris suum ceperisset officium.“ Theodoretus haec adscripsit; o de

Martinus

Μεστῆς ἐνὸς γὰρ τῷ λαῷ καὶ τῷ Θεῷ. Οὐ δὲ Θεὸς εἰς ἐτῶν. Οὐ καὶ τὴν ἐπαγγελίαν τῷ Αἴθρᾳ διδοκώς, καὶ τὸν νόμον τεθεῖας, καὶ νῦν τῆς ἐπαγγελίας ἡμῖν ἐπιδέξας τὸ πέρας. Οὐ γὰρ ἄλλος μὲν ἔσεινα Θεὸς φυκονόμοτεν, ἄλλος δὲ τάυτα. *Interuentor unius non est. Interuentor enim fuit Moses populi et Dei. Deus autem unus est, qui et promissionem Abramam dedit, et legem tulit, et nunc promissionis nobis ostendit complementum. Neque enim Deus alius illa, alius haec curauit. Hieronymum et Theodoretum sequuti sunt fere omnes interpres recentiores, qui tamen competenti et candido harum rerum iudici, qualis est Vir III. I. D. Michaëlis, nondum satisfecerunt, qui in Introduktione vernacula in diuina noui foederis scripta § 103. p. 652 de Gal. 3, 20 sententiam dicens, Ist auch gewiß, quaerit, dieser schwere Vers von der Hand Pauli? Fast sieht er aus, wie ein Eimwurf, den sich jemand am Rande beyge-merkt habe, und der in den Text gekommen seyn könnte. Er ist so sehr entbehrlich.*

Vocabulum ἐνὸς ergo in segmento 20, cuius, a reliquis omnibus recedens interpretibus, nouam propono expositionem, ex mea sententia, ob contextae orationis cohaerentiam, ad unum Abrahami filium est referendum, et ultima eiusdem versus verba, οὐ δὲ Θεὸς εἰς ἐτῶν, sic sunt explicanda, εἰς δὲ οὐ Θεὸς ἐτῶν, unus enim Deus est. Subiectum certe saepe posteriori, attributum autem priori loco ponи ex Dialecticis, et particulam δὲ saepe idem ac γὰρ significare, vel ex Vigeri Graecae dictioonis idiomatibus est notissimum. Fortasse nunc segmento hoc non amplius facile carebimus, fortasse posthac non vi-

debi-

XCII *§ XXII. Deut. 6, 25 et פָּרָקֶל explicatur.*

debitur eiiciendum, sed potius ob orationis continuitatem necessarium. Nouum certe hoc est diuinitatis Christi argumentum, illis praecipue, qui seruatorem nostrum a Paulo Deum appellari negant, opponendum. Nouum praeterea hoc est, ni fallor, propositionum personalium exemplum: *Filius Abrahami unus est Deus legum lator.*

§ XXII.

Deut 6, 25 exponitur, ac de significatibus verbi פָּרָקֶל agitur.

Deut: 6, 25 *וְפָרָקֶל כִּי אַתָּה תְּהִי — לְנֵסֶת עֲמֹד בְּעֵד כָּל־עַמּוֹךְ* Atque innocentiae nobis erit, si studemus obsequi omnibus his praceptis. Samaritanus codex consentit. Eodem modo Chaldaeus conuertit: *וְכֹוֹתָא תְּהִי — לְנֵסֶת עֲמֹד בְּעֵד כָּל־עַמּוֹךְ* Graecus inepit atque ex ingenio Iudaico: *Kai ελεημοσύνη ἔσται ἡμῖν, Et eleemosynae erit nobis.* Latinus ad sententiam magis ab ipso conficitam, quam ad verbum interpretem Graecum transfert: *Eritque nostrī misericors.* Syrus vocabulum זְדֻקָּתָא retinet. Arabs ex ingenio Iudaico posuit: *وَرَحْمَةً* Et bona opera erunt nobis. Samaritica translatio habet: *וְזָכוֹר* Et innocentiae erit nobis. Chaldaeus recentior scripsit: *Et innocentia seruabitur nobis ad saeculum futurum.* Ezrides adscribit:

„Sunt, qui dicant, hinc innui mercedem praceptorum „in saeculo futuro, et quidem sensu proprio, quia nos „oportear, *חֶזְקָה* ex doctrina innocentiae, ob- „seruare eius voluntatem, nam ipse est dominus noster, „ac firmum mihi esse videtur, omnes gentes visuras es- „se, nos esse innocentes obseruatione praceptorum et „statutorum eius *צְדִיקִים* *שָׁהַק* quia haec sunt vera, id „est,

„est, nobis et naturae nostrae consentanea, sic enim scriptum legimus Deut. 4, 8. “ Drusius quidem adiecit: „Sensus, iusti non tantum audiemus, sed etiam erimus apud Deum et homines. Nam iustus, qui facit opera iusta. Opera iusta facit qui legem obseruat, faciendo omnia quae Deus praecepit in ea. Adhaec cum serui eius simus, et ipse sit Dominus noster, debemus custodire, quae nobis custodienda reliquit. Hoc ius et aequum poscit. LXX ἐλεημοσύνη ἵσται ἡμῖν, Ceterum quoniam Iustitia quandoque ponitur pro benignitate, sunt, qui hoc loco innui putant mercedem, quae manet iustos in futuro saeculo.“ Sed haec Graeci translatio sinistre exposita in causa fuit, cur quam plurimi in errorem deducerentur. Sibi enim persuaserunt, quia ἐλεημοσύνη primo misericordiam, deinde stipem significaret, eundem significationum ordinem etiam in vocabulo Hebraico, Arabico, Aramaeo atque Aethiopico פָּרָץ obtainere. Coniunixerunt deinde cum misericordiae notione illam benignitatis, atque inde ortae felicitatis, et rem a se conjectam esse opinati sunt. Apud orientales vero aliis plane significationum verbi פָּרָץ obseruatur ordo, a Schultensio iam indicatus. Significat ergo 1. *Rectus, rigidus, iustus, acer* fuit, Ies. 49, 24. Koh. 7, 16. 2. *Verus, integer, sincerus, amicus* fuit, Ps. 98, 2. Ies. 10, 22. Hiob. 27, 6. 3. *Imprens, incorruptus* fuit, Ier. 11, 20. Leu. 19, 36. Deut. 25, 15. Ezech. 45, 10. 4. *Aequus, conueniens, debitus* fuit. 2 Sam. 19, 29. Ies. 58, 2. Ier. 22, 3. Neh. 2, 20. Apud Arabas a sinceritate atque integritate non a benignitate et beneficentia nomen accepit amici-

XCIV § XXIII. De Διαισθύνη et Gen. 19, 19 agitur.

amicitia, ἀρέπεια Prou. 17, 9, Coniug. III. et VI, sacerdos fuit, amicitiam coluit. Arabes porro ab eo quod conueniens et debitum est, decimas atque eleemosynas eodem nomine ḥarāz appellarunt, Ps. 109, 10. Act. 3, 2. Coran. 2, 197. 4, 113. 9, 106. 33, 34. 58, 13. edit. Maracc. Putarunt enim populi illi, eleemosynas, ut decimas, res esse atque opes Deo debitas. Itaque Coni V. significat, eleemosynam, siue, quod Deo debetur, largitus est, Coran. 2, 281. 4, 91. 12, 88. 57, 17. 63, 10, edit. Maracc. Ab eo itidem quod conueniens est et debitum ḥarāz et ḥazār Coran. 4, 3, dos nomen est sortita, quae a sponso sponsae promittitur aut datur, Coni. IV. Dote seu spensatio munere donauit mulierem, coque expresso et nominato coniugem sibi asservit illam. Eleemosynas certe apud orientales populos haudquaquam a beneficentia, sed, ut decimas, ab eo quod conuenit, et debetur nomen habere, testatur synonymum יְמִינֵי Accreuit, austus, purus, pius, iustus fuit, conuenit, decuit, Coniug. II. largitus est eleemosynam, Coran. 35, 18. Coniug. V. Coran. 87, 14. Inde ductum est nomen חַנְדָה siue חַנְחָה quod de opibus ex lege datur ac consecratur Deo, uti sunt decimae item eleemosynae, quod iis sanctificantur augentur. que opes reliquae, Coran. 2, 42. 83. 110, 31, 4, 33, 32, 41, 7, 58, 13, 73, 19, edit. Maracc.

§ XXIII.

Vocabulum Διαισθύνη et Gen. 19, 19 explicatur.

At obstat sententia Viri in his literis versatissimi, Equitis Ill. I. D. Michaëlis in Bibl. Orient. et exeg. P. IX.

n. 135

f XXIII. De Δικαιούν et Gen. 19, 19 agitur. **XCV**

n. 135. p. 13 scribentis: „Eben so findet man δικαιούν
„1 B. Mof. XIX, 19. XX, 13. XXI, 23, wo sich die ge-
„wöhnliche Bedeutung *Gerechtigkeit* nicht schikt — Es
„heist hier klar, *Gütigkeit*, *Wohltat*, ohngefähr wie
„Matth. 1, 19.

Sed licebit meam qualemeunque subiungere senten-
tiam. Nempe puto δικαιούν esse, iustum, pium, et de-
bitum officium, quod Cic. etiam VI epist. I. commemo-
rat. Eine väterliche, kindliche, ebeliche oder Freundschafts-
Pflicht. Quod officium longe differt a beneficio, Sene-
ca iudice de Benefic. III c. 18, *Sunt, inquiete, qui ita*
distinguant, quaedam beneficia esse, quaedam officia, quaedam ministeria. Beneficium esse, quod alienus det: alie-
nus est, qui potuit sine reprehensione cessare. Officium esse
filii, vxoris et earum personarum, quas necessitudo suscitat,
et ferre opem iubet. Ministerium est serui, quem conditio
eo loco posuit, ut nibil eorum quae praefstat, imputet supe-
riori. Ad quem locum Lipsius adscripsit: „Necessitu-
do) Festi nota huc facit: *Necessarios esse, ut Gallius*
Aelius ait, qui aut Cognati, aut Adfines, et in quos nece-
saria Officia conferuntur, praeter ceteros. Ille duos gra-
duis Necessitudinis, tertium etiam Corn. Fronto facit,
Meritorum. Necessitudo, inquit, est vel sanguinis, vel
meritorum, cum praceptoribus, cum amicis.“ Vide-
bimus nunc quid Aristoteles de δικαιω et δικαιούν com-
mentetur. Is Ethicor V cap. 2 scribi: ο δίκαιος, ο
τε νόμιμος καὶ ο ἴσος τὸ μὲν δίκαιον ἀρετὴ, τὸ νόμιμον καὶ τὸ
ἴσον. Δίκαιος est legum atque aequitatis obseruator: δι-
καιον autem est legitimum et aequum. Ibidem cap. 3:

XCVI s. XXIII De Δικαιοσύνῃ et Gen. 19, 19 agitur.

Η δίκαιοσύνη ἀρετὴ μὲν ἔστι τελεία, ἀλλ' οὐκ ἀπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἄτερον — Διὸ τὸ αὐτὸ τέτο καὶ ἀλλότερον ἀγαθὸν δοκεῖ ἐναι-
ή δίκαιοσύνη, μόνη τῶν ἀρετῶν, ὅτι πρὸς ἄτερον ἔστι. Ἄλλω γάρ τὰ συμφέροντα πράττει, η ἀρετοῦ, η πονᾶ. Δίκαιοσύνη εἴη
virtus perfecta, at non simpliciter, sed propter alios — Pro-
pterea δίκαιοσύνη sola ex virtutibus aliis utilis esse videtur,
quia ad alios se refert. Peragit enim quae aliis profunt, vel
principi, vel reipublicae. Ibid. cap. 6: Ἐστιν ἀρετα δίκαιοι ανά-
λογον τι, τὸ γάρ ἀνάλογον, εἰ μόνον ἔστι μονάδινη ἀρετὴ τὸν,
ἀλλ' ὅλως ἀρετὴ. Η γάρ ἀνάλογία ισότης ἔστι λόγος. Δι-
καιον est proportio quaedam. Proportio enim non soli nu-
mero singulari est propria, sed generatim numero. Propor-
tio enim aequalitas est rationis.

* * * * *

Sed relinquenda sunt incepta orationis fila, Indi-
cendum enim est Examen, quod dicunt, Vernum,
Deo Iuuante in Ill. Gymnas. Casimir. Academ, cum
Oratione Censoria a. d. XIII, XIV. et XV. Martii anni
vertentis habendum, quam Gymnasii nostri Iustratio-
nen ut Splendidissimi eiusdem Curatores sua exornent
praesentia obseruantissime rogamus. Vos autem Casí-
miriani Carissimi, nunquam committetis, ut Vos Ve-
stro defuisse videamini officio. Deinde Examen in Scho-
la Senatoria a. d. XVI. et XVII. eiusdem mensis institue-
tur. P.P. e tabul. Casimir. Dom. Iudic. MDCCLXXX.



3d 6020 II

(2)

ULB Halle
003 772 209

3



TA-206

KM Wt.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

Q. B. F. F. F. Q. I. E. D.
PRAEMISSA AD HOS. II SEGM. XXI
VERBI פָּרָשׁ EXPLICATI^EON

XII

OMNES MVSARVM PATRONOS, FAVTORES
AMICOS

A

ORATIONEM

DE CAVSIS, CVR ANIMI DOTES STUDIO AT
QVE INDVSTRIA SINT EXCOLENDAE

A

CAROL. THEOD. CHRISTI. HANFFIO

NOSTRATE

IVVENE THEOLOGIAE STVDIOSO FELICISSIMI INGENII,
ATQVE OPTIMS. ANIMI DOTIBVS, DOCTRINA, DEO IVVANTE
MAGIS MAGISQUE EXPOLIENDIS, ORNATO

DOMINICA IVDICA M DCC LXXX

HABENDAM

QVA DECET OBSERVANTIA

INVITANT

DIRECTOR

ET
RELIQVI PROFESSORES

COBURGI, FORMIS AHLIANIS